

si nullum sit apud Ecclesiam jus hâc in materia intercedendi, quis ethnicos aut barbaros ritus a Christianorum conjugio arbitabit? Quis polygamiam aut polyandriam justo imperio profligabit? Quis vetabit ne communitas uxorum ex Platonis & Catonis mente constituantur? Ne vinculum matrimonii rumpatur? Ne frater, ægyptiaco more, sororem ducat? Ne juxta Neronis & Heliogabali exempla solemnesque nuptias, & doctrinam a Paulo (Rom. 1.) de testatam, viris nubant viri? ... Numquid Platone sapientiores, graviores Catone sunt, Æn. vi. qui leges hodiecum figunt atque refingunt? 622. Numquid exploratoria habent naturæ & rationis jura?... Heu mihi! quò recident christiani mores, conjugalis sanctitas, & in universum quæ ad castitatem, rem in Evangelio summam, quovis modo se vertunt? Anne tantâ in re atque causâ, magna illa, foecunda, sollicita, sancta Christianorum mater, Ecclesia mutam & alienam se præstabit? Neque fandi quidquam aut imperandi suis ipsa filius acceperit a sponso potestatem? "

" Quis autem tam insulse se dabit, ut vetandi quidem, non autem dirimendi ejusmodi contractus, contendat jus esse apud Ecclesiam Christi? Nam si ita esset, ergo & valida nefandi matrimonii vincula & religiosè servanda, & perseverare in illis fideles deberent... Sed ne diutiùs istis pseudophilosophicè deliramentis detineamur, huic quæ per iniquitatem temporum necessaria